a Maleszewska Reforma

[Coram officio et actibus praes]entibus Castren[sibus] Capitaneal[ibus] Bransceń[sibus] pl[enari]o comp[aren]s Gen[ero]sus Franci-
scus Maleszewski olim Gen[ero]si Felicis Maleszewski Filius in Jasczurowo et Rozanka
Pallatinatus Sendomirien[sis] Districtus Pilsnen[sis] iure obligatorio possessor a Pallatinatu Terra
et Districtu iurisdictione que competenti recedendo Huic vero iurisd[icti]oni quo ad recogno-
scenda infrascri[pt]a attinet incorporando palam p[ubli]ce ac liberis verbis que perexpressis Reco-
gnovit Quia Gen[ero]sae Annae Kiersnowska Filiae Gen[ero]si Andreae Kiersnowski consorti suae
charissimae et ipsius legitimis successoribus Ratione vero dotis post eam de bonis eius
paternis et maternis realiter accepta et in bona sua effectualiter importata in medie-
tate omnium et singulorum Bonorum suorum mobillium et immobillium haereditariorum pa-
ternorum maternorum obligatoriorum quo[rum]cunque devolutis summarumque pecuniariarum quorumvis
iuris titulo concernen[tium] in praefatis villis Jasczurowo et Rozanka alys que eo adiacentys
tum et ubilibet in quocunque Pallatinatu Terra et Districtu consisten[tium] nunc habitorum et in
post Deo favente divina clementia habendorum et acquirendorum summam veri dotalicy
Duorum Millium Florenorum Polon[icalium] et addotalicy aliam similem summam seorsivam
Duorum Millium Florenorum Polon[icalium] et addotalicy iuxta in Regno currentis iure et more
aliorum Dotaliciorum et addotaliciorum hoc in Regno observ[ari] solitis inscribit reformat
assecurat dotaliciat ac praesentem inscriptionem ex his actis authentice acceptam
ad acta propry districtus Pilsnen[sis] eandem in toto ibi approbando personali Recog[nitio]ne
transducere et inscribere se submisit seu etiam eo[dem] ab-
sentia sui transportare consensit praescriptione gravis non obstante.

Debitum

Maleszewski

Coram officio et actibus praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Bransceń[sibus] pl[enari]o compar[en]s Gen[ero]sa Eu[...]-
ska consors legitima Gen[ero]si Andreae Kiersnowski ad hac in expeditione bellica exer[ci]-
tus Magni Ducatus Lithu[an]iae existen[tis] in Pasymki Districtus huius et Terrae Bielscen[sis]
vigore iurium suorum possesor sana mente et corpore existens palam ac libere Recognovit
Quia Gen[ero]so Francisco Maleszewski genero suo et ipsius legitimis succ[ess]oribus respective
Quia Gen[ero]sam Annam Kiersnowska Filiam suam consortem eius pro venie[n]te re-
sidualitatis dotis post Gen[ero]sam Annam Kiersnowska Filiam suam consortem eius provenie[n]-
summam Quingentorum Florenorum Polon[icalium] teneri ac debere et pro Festo Sancti Michaelis
Archangeli proxime venturo parata peccunia reali et effective reddere et persolvere
de omnibus bonis suis mobillibus et immobillibus ac summis peccuniarys in Pasym[ki]
consisten[tibus] sequovis modo et iuris titulo concernen[tibus] posteritatem suam ad id de eisdem
bonis onerando submittit et inscribit sub vadio simili aliorum Quingentorum Floreno[rum]
Polon[icalium] in casu pro tempore praefixo non solutionis ad solvendum irremissibiliter suc[cum]-
bendo Et Coram off[ici]o praesenti in primo citationis Termino peremptorie responsione
realique et effectiva ab eodem off[ici]o non recedendo tam pro summa praesentis aliquam na-
dio satisfactione nullis controversys exceptionibus allegationibus cassationibus
de illa[...]

5606 fol. 6

dillationibus quibusvis objectione illegalitatis propter absentiam ... negotio Reipublicae existen. inscriptionis aliisque quibusvis legalibus impedimen. evadendo imo etiam et apellationibus ac earum prosequationibus generaliter omnibus iuris remedijs et defensis etiam de iure concessibilibus se et suos successores uti ab... bendo et abrenunciando. Hac sua Personali Recogni. infrmed.

Inter Maleszewskie Coniugum Advitalitas.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Braslacen. personaliter comparentes Generosus Franciscus Maleszewski olim Generosi Felicis Maleszewski Filius ab una et Generosa Anna Kiersnowska Filia Generosi Andreae Kiersnowski consors legitima eiusdem Generosi Francisci Maleszewski partibus ex alia sani mente et corpore existentes a Pallatinatibus Terris et Districtu iurisditionibus suis compeen. recedendo et huic iurisditioni quoad recognoscenda infrascripta atti net totaliter incorporando palam ac libere Recognoverunt Quia ipsi intersese mutuo et invicem Advitalitatem et usumfructum omnium et singulorum Bonorum suorum mobilium et immobilium haereditariorum obligatoriorum summarumque quarumvis pecuniariarum se recognoscentes quovis modo et iurisititulo concernen. in quolibet Pallatinatu Terra et Districtu con...isten. eorundemque Bonorum Curias villas praedia areas hortos agros prata campos sylvas bor. stagna piscin. molendin. et eorum emolumen. auro argento clenodijs vestimentis vestibus stanno aere capris pecoribus peccudibus equirea totaque substantia et supellectili domestica subditis eorum fundis gazis censibus datijs podwodis et cuncta obedientia necnon Generaliter cunctas ac in specie singulis utilitatibus fructibus proven. cohaerentijs attinentijs et pertinentijs ad bona sua quovis modo nunc et ab antiquo spectan. nullis exceptis ad extrema vitae suae tempora inscribunt et assecurant eum in modum quod si prius memoratus Generosus Franciscus Maleszewski quam suprascripta Generosa Kiersnowska consors sua ex hac lachrima... mundi decesserit extunc ipsa Generosa Kiersnowska Bona eius mobilia et immobilia haereditaria obligatoria et alio quovis modo ac iuris titulo ipsum Generosum Maleszewski concernen. quocunque morte illius interveniente derelicta tenebit cum omnibus utilitatibus fructibus proventibus attinen. nullis exceptis tenebit habebit possidebit ac illis ad extrema vitae suae tempora uti fruetur. Post mortem vero et decessum illius Bona eadem omnia in successores eiusdem Generosi Maleszewski devolvi debeant et devolventur. Simili etiam modo si prius memoratam Generosam Annam Kiersnowska quam suprascriptum Generosum

Franciscum